



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De  
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]  
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise  
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

**Denisse, Nicolas**

**[Augsburg], 1510**

**VD16 N 1513**

Prima igit[ur] [con]sideratio sumit[ur] a [con]dicio[n]e venti orientalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30625**

# consideratione dispositiois Fo. LXIII

re utilitate. **U**ltra enim bona sunt per linguam bene gubernata alios instruendo: propria peccata peccato: deum laudando etc. **Jac. ij.** In lingua benedicimus deum celi. **Q**uoniam igitur apparuit spiritus sanctus in specie lingue ut per hoc significaret quoniam lingua indiget gubernari et dirigi a spiritu sancto. **T**ertia ratio est propter lingue male gubernate per ueritatem: propter quam reprehendit operet linguam a spiritu sancto gubernari. **A**pparet autem ueritas lingue male gubernate propter tria. **P**rimo quod destruit opus uirtuosum sicut modicum uenenum infusum in uas uini. quod sic dicitur **Jac. ij.** Est enim in quantum malum et plenum ueneno mortifero. **E**t **Proverb. xxvj.** Os lubricum operatur ruinam. **E**t **Jac. i.** Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum: vanus est religio. **E**t **Proverb. xv.** Sicut uerba patens et abique murorum ambitu: sic homo qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. **B**er. **L**ingua in lubrico posita lata et tenuis: oculus primum instrumentum ad euacuandum cor. **H**ec ille. **U**bi sensibilibus uidemus quod homines linguam si sunt arida et in deuoti. **S**ecundo quod reddit hominem odiosum. **Ecc. xx.** Sapienter in sermone seipsum amabilem facit: quare fatuos effundens. **I**bidem. **P**rocar ad loquendum odibilis erit. **E**t **Proverb. xxij.** Abominatio hominum detractionis. **E**t **Ro. i.** Detractores deo odibiles. **T**ertio quod facit hominem multipliciter uiciosum. **Jac. ij.** **L**ingua nostra ignis est: ueritas iniquitatis lingua instruere in membris nostris quod maculat totum corpus et inflammat rotam natiuitatis nostre inflammatam a gehenna. **Ecc. xxvij.** **M**ulti ceciderunt in ore gladii: sed non sicut qui interierunt per linguam. **E**t quis enumerare posset peccata mala que per linguam fiunt. **S**unt enim mala plurima per linguam contra reuerentiam diuine maiestatis: blasphemando: piurando: et diuinum officium irreuerenter perturbando. **I**tem contra amicitiam fratrum charitatis per adulationem aut mendaciam: aut uerba fraudulenter seducendo: per promissionem aut detractio nem diffamando: per imprecationes maledicendo. **I**tem contra mundiciam uirtuose et moralis honestatis: uerba carnalium impudice profecto: alios ad peccatum sollicitando: et de propriis peris danabiliter iactando. **D**e lingua male gubernata dicit **Ps.** **T**ota die iustus

cia cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti uoluntatem. **D**ilexisti uerba precipitatiois lingua dolosa: propterea deus destruet te sine re. **H**ec itaque dicta sunt circa primum mysterium primum positum quod est mysterium specificatiue distinctionis. **T**ertium principale mysterium est mysterium consideratione dispositiois. **U**bi proponende sunt considerationes aliquam disponetes animam ad recipiendum spiritum sanctum. **S**uperius quidem posite sunt considerationes aliquam dispositiue ad spiritum sanctum habendum. **I**ste autem considerationes que dicuntur sunt illarum considerationum inductiue. **P**roposimus igitur nos quatuor principales considerationes inuocari in capitulum uentorum. **I**uxta illud **Ezech. xxxvij.** **Q**uatuor uentis ueni spiritus et infusa super interfectos istos et reuoluiscent. **P**rima igitur consideratio sumit a consideratione uenti orientalis. **S**ecunda a consideratione uenti occidentalis. **T**ertia a consideratione uenti borealis sive septentrionalis. **Q**uarta a consideratione uenti meridionalis. **P**rima igitur consideratio sumit a consideratione uenti orientalis: et hec est consideratio nostre miserabilis et uilis natiuitatis. **D**e hoc oriente exponit porcellus **Jud. v.** **S**icut israhel. **I**. ueni fides habitabit in oriente. **I**n consideratione uilitatis sue originis. **B**er. **C**onsideratio ueni uenis et erubescit. **S**ic ei dicit **Gen. ij.** **P**er manit deus homines de limo terre. **H**ec itaque consideratio facit homines humilitari: et sic ad spiritum sanctum receptum disponit: quod sicut dicitur **Proverb. xj.** **U**bi humilitas ibi sapientia que est primum donum spiritus sancti. **Jac. iij.** **H**umiliter orate gratiam. **S**ecunda consideratio sumit a consideratione uenti occidentalis. **E**t hec est consideratio nostre flebilis mortalitatis. **D**e hoc uento dicit **Exo. x.** **E**gressus est moyses de prospectu pharaonis et orauit dominus quod flare fecerit uentum ab occidente uehementissimum et arrepta locustam proiecit in mare rubrum. **M**oyses. **I**. assumpsit ex aqua uir. **I**. retractus ab aqua uoluptatis et uilitatis: egressus est de prospectu pharaonis. **I**. diaboli: et orauit pro peccatorum remissione dominus quod flare fecerit uentum ab occidente uehementissimum. **I**. inspirauit uehementem mortis considerationem que piec arrepta

